


Caran, Hieronymus Victor 1535

Faint, mostly illegible Latin text on the left page.



THOMAS II BRVENSIS  
VIRIDVS ANGLIE  
M DCCC  
PONTIFICATVS SANCTVS PATRIS  
LEONIS X ANNO IN QVINTO VERO  
REX REGIS POLONIE REGIS  
SIGISMVNDI REX



ANDREAE CRICII  
EPISCOPI PREMIS-  
lien, ad Ioannem Antoniū Pulle-  
onem Baronem Brugij nuntiū  
Apostolicum in Vngaria,  
de negotio Prutenico  
Epistola.

STANISLAVS HOSIVS LECTORI.

Quis magis est clemens inuicto Rege Polono?  
Dic sodes, quisquis tam pia facta leges.  
Hostilem potuit qui cum fuisse cruorem  
Extrasse manu funditus exigua.  
Abstulit tamen & iultra suscepit ameno  
Visera quem sauit diripuisse sua.  
Id quod in hoc tradit nitido faaliq; libello  
Qui decus est uatum gloria Pontificum.  
Quem tu si memori lector studiose reuolues  
Mente, scias hac res quo fiet acta modo.



Kat. Centr.

ILLVSTRI, AC MAGNIFICO DOMINO CHRISTOPHORO de Schydlouicz, Comit Palatino ac Praefecto Cracouien. Regni Poloniae Summo Canallario &c. Matthias Pyrsorius Sylefius S. D.

**H**ic quosdam perfrictae frontis homines, Christophore illustris Meccenas non ignoras, qui quum ipsi per sacleratae corum uita nihil egregij prestare possint, aliorum tamen benefacta assiduis subinde maledictis, spurcissimo ore, & Theonino, ut dicitur, dente rodere, lanigare, & profundere non cessant. Id quod cum ubique terrarum passim fieri uideamus, tum in praesentiarum abunde magnum apud nos extat exemplum. Sunt enim (ut accipimus) qui Albertum Marchionem Brandeburgen. Ducem Prussiae a Serenissimo Sigismundo Poloniae Rege declaratum, non perinde probant, factum meo, & omnium proborum iudicio, optimi, & Christiani Regis, & optimi, & Christianissimi. Qui enim alio modo uel pax, uel concordia poterat commodius aut componi, aut composita foueri? Sed qui factum improbant, non norunt quam parum sit Christiani, Christianum cum Christiano bella gerere. Quibus Reuerendiss. Praesul Andreas Critus uir multaeque eruditionis, & sensus cuiusdam prudentiae, & consilij, recte, ac eleganter epistola ad Io: Antonium Pulleconem Baronem respondui, familiariter quidem, sed quae etiam obiectis rationibus huiusmodi blateronum, grata quadam breuitate satis facere posse uideatur. Quae quum Tuae Magnificientiae operari prodiret in publicum, usum est operae pretium me facturum hac exigua nuncupatoria tibi dedicare, qui nullum non, diu noctuque, lapidem mouebas, ut pax perpetua, quam nihil tibi est antiquius, constitueretur. Memor profecto huius graecum συμψηθη δ' αρετην πελει ανδρω και μεγα λυχη. Nec, me hercle, miror Tuam magnificientiam saluberrimis consilijs haec persuasisse, quum praeter illam raram naturae uim ingenitam, optimarum quoque, literarum studio assidue, post tractata regni negotia, desoperam, ita, ut auius legentem quispiam, quam otiantem domi te reperiat.

Quo fit, ut & muneri quo fungeris, per se licet amplissimo, plurimum splendoris, & dignitatis tuis uirtutibus addis. Bene ualeat T. ILL. M. cui me totum dedo, studiaque mea omnia, ueluti Meccenati humanissimo comendo. Cracouiae Calen. Maij. Anno domini Millesimo quingentesimo uigesimo quinto.



L. i. : 400613



Vidio te mirari mi Baro, Magistrum ordinis, quem uocant sanctae Mariae Teutonicorum, Ducem in Prussia creatum, eaque metamorphosin non probari a te hoc nomine, quod & a religione, & a prius studiis Serenissimi Regis nostri, quodam modo aliena uideatur. Quare ut cognoscas nihil, cum ab ipso religiosissimo principe, tum a senatu nostro actum esse perperam, & inconsulte, explicandas tibi duxi succincte causas et rationes, quae nostros ad eam pacem conficiendam adduxerunt. Primum mi Baro, constat ferme uniuerso orbi, hanc contouersiam Prutenicam, & tot praelia, tot lites, tot turbas, quae etiam uniuersam Christianam Rempublicam concuciebant, non alia de causa abortas, quam quod Reges Poloniae, terras Prussiae, utpote suas haereditarias assererent, Magistri uero, & ordo ille, Regibus Poloniae, ut haereditariis dominis parere, & subesse reluctabantur, donec superis iustitiam nostram adiuuantes, eo res uenisset, ut ordo ipse, cuius imperium adeo excreuerat, ut maximis quibusuis Regibus par censeretur, succumberet tandem, & cum tota ditione sua in subiectionem Regibus, & regno Poloniae solenni concordia, & pace perpetua cederet. Quam longissimo tempore obseruatam, cum postea relictis uiribus rursus Ordo ipse infringere cepisset, neque aliquam diu dissimulata, & flamma sensim inualecente, tandem erupisset hoc postremum incendium, ac illud euestigio diuus Leo Pontifex, demum Adrianus sextus, ultimo uero Beatissimus Clemens noster praeterea Caesarea Maiestas, Serenissimus Vngariae & Bohemiae rex, ac plerique Germani principes extinguerent, factis

A ij



quadriennialibus inducijs, sperantes per arbitrariã cognitionem eam controuersiam componi posse, idq; minime successisset, sed nec succedere forte unq̄ potuisset, atq; id uidentes illustrissimi principes Georgius Marchio Brandenburgensis, & Fredericus dux Legnicensis & inferioris Slesiaë Capitaneus, ueritine bellum acrius incrudesceret, edoctiq; Comitia Regni Piotrcouiaë de ipso negotio agi, rem suo matre aggrediendam pro debito necessitudinis duxerūt, uenturosq; se illuc ad proponendas Maiestati Regiaë nonnullas conditiones, & modos pacis significarunt. Quia uero Comitiam tum soluebantur, uisum fuit rem ad Cracouiaë reicere, quo demum sequuti fuerunt Maiestatem suam pleriq; Consiliarij tam ecclesiastici, quã seculares, & facultas cõuentus generalis fuit eo, quo ad ipsam actionem producta. Venientes autem ipsi principes, ingenue euestigio, & citra ulla ambages id quod attulerant proposuerunt, nõ posse ullã certã & firmã pacẽ cū ordine cõstitui, nec eum esse ordinem aliquem qui ordo putaretur, proindeq; haberet bona nonnulla in Prussia Magister iure, ut uocant, feudi, & ex illis subiectionem debitam Maiestati Regiaë uti hæreditario suo domino p̄staret, Duxq; in Prussia, & Princeps regni Poloniaë crearetur, eandẽ esse uoluntatem & postulata cum ipsius Magistrũ, tum omnium membrorũ & subditorũ ordinis. Qui quidem ordo iam alioqui, tempore sic ferente, deficeret. Res ea ad senatum relata, primum non mediocrẽ omnibus admirationẽ, mox uarias uarijs sentẽtias, & opiniones iniecit, quibus enim conditio non probabatur, has potissimum rationes adducebant, ordinem hunc, ut creditur

sedi Apostolicaë subiectum, proindeq; sine autoritate illius destrui non debere. Cæsare & nationẽ Germanicã, qđ ad se ordo ipse p̄tineat, p̄suasum habere, unde pro pace maiora bella oriri posse in futurũ. Magistrũ & Cõmendatores abiecta religione uxores ducturos, id nostro cõsensu fieri, male apud omnes Christianos auditurum, nõ fidẽdũ esse his qui ab unitate sanctaë matris ecclesiaë desciuerunt, quiq; uotũ & iusiurandum deo p̄stitũ nõ seruarent, minus homibus seruatuos, & alia id genus, quã uerbis extẽsa uariaë animos Senatorũ afficiebant. Qui uero diuersum senserūt, in hunc modũ p̄dicta diluebant. An ordo esset, seu religio eorũ, qui militiam profiterẽtur, nec ne, aut cui, ratione ordinis, subessent, nostra nihil referre. Verũ cū olim Pruteni principib; Polonis ad fidẽ conuersis, solita & debita tributa pendere recusassent, damnaq; insuper plura regno Poloniaë inferre cõsueuissent, accitos fuisse ipsos milites, illicq; in Prussia ea ratione collocatos, ut aduersus infideles, p̄cipibus Poloniaë auxilio eẽnt, & terras sub rebelibus Prutenis partas cū illis partirentur. Milites uero ipsos ubi radices altius in terris illis agere cepissent, impetrasse clam literas cū a sede Apostolica, tũ etiã a Cæsare, ut quas terras ab infidelibus nacti essent, illas obtinerẽt. Successu itaq; t̄pis, & monarchia regni Poloniaë in multas ptes scissa, eos ipsos milites, polonos p̄ fidelibus premere & infestare cepisse, occupatas terras, meram hæreditatẽ regni Poloniaë, oppidis, & arcibus firmasse, omniaq; hostilia nũq̄ moliri destitisse. Sed & domi subditos expilare, uxorib; eorũ abuti, puellas & uirgines uiolare, dies & noctes potare, ac p̄gracari, nihil



deniq; diuini humaniq; pensi habere, unde bella ingē-  
tia cū Polonis, et defectiōes iustissimæ subditorū sequu-  
tas. Et quis sæpe cæsis & succūbentibus Cruciferis, oīs  
ipsoꝝ ditio in potestate Polonorū redacta esset, maio-  
res tamē Serenissimi Regis nostri se ad pacē, & concor-  
diam sapius ineundā adduci passos, quā nihilominus  
milites ipsos semp infringere solitos fuisse, ac deniq; pa-  
ce perpetua autore Legato sedis Apostolicæ facta, &  
subiectiōe seu homagio, ut uocant, per Magistros ple-  
rosq; & subditos oēs, longissimo tpe regibus Poloniae  
p̄stari solito, neq; dū finē hāc Tragœdiam habere potu-  
isse, data etiā illi maxima occasione per sedē Apostoli-  
cam, recusantē semp eam pacē cōfirmare, quæ alioqui  
per legatū eius fuisset cōposita, unde p̄iuria sapius cō-  
missa, & bella denuo proximis temporibus orta esse, q̄  
Maiestātē Regiam quo minus tueri se ab infidelibus, &  
nepoti suo Serenissimo dño Regi Vngariæ & Boemiæ  
adesse posset, distinebāt, ac prorsus impediēbāt, cū ma-  
xia totiꝝ reipublicæ Christianæ iactura & detrimēto.  
Quare cū ordo ip̄e cōstitutus esset in eo loco, septo un-  
diq; dominis Christianis, ubi secundū professionē suā  
nihil rei Christianæ cōmodare posset, quin etiam bene-  
de illa merētes inturbaret, fœdera q; & societates cū  
Schismaticis, & infidelib; iniret aduersus Christianos,  
& dominos suos hæreditarios, ac nihil deniq; ordine  
seu religiōe dignū ageret, nihil iustius, nihil regno Po-  
loniæ, & toti rei Christianæ utilius cōtingere potuisse,  
q̄ ut dudū hæc pernicies religiōis extincta fuisset, quē  
admodū in plerisq; alijs regnis, & dominis Christianis  
factū constat, citra ullā sedis Apostolicæ autoritatē, quā

adeo nūc demū non agnoscere ipsum ordinem, ut nihil  
apud illum nomine Pontificis inhonestius sit, & con-  
temptibilis. Cū uero constitutū esset in conuentu ge-  
nerali nouissimo, neq; pacem, neq; inducias cum ipso  
ordine ineundas, sed illum ex terris illis exturbandum,  
Quandoquidē eo durante, nullam unquā pacē, uel con-  
cordiā firmā fuisse, futurāq; esse in posterum satis expe-  
rimento constaret, Discrimen uero cōmune cum regno  
Vngariæ suaderet concordiam qualemcūq; faciēdam,  
& arma in Turcas cōuertenda, nihil optabilius, & ma-  
gis ex usu accidere potuisse, q̄ & ordinem nō minus, q̄  
olim Templarios noxiū, a semetipso sine bellico stre-  
pitu destrui, & pacem una rei Christianæ pernecessa-  
riam cōfici, hoc uno turbarum fomite e medio sublato;  
neq; Pontificem, neq; Cæsarem, aut nationem Germa-  
nicam, ullam iustam causam aduersus Polonos quicquā  
agendi habituros, cum ordo is esset, qui modo pontifi-  
ciā, modo Cæsaream, aut nationis Germanicæ autorita-  
tem & ius prætexendo, & interim terras Regni Polo-  
niæ hæreditarias occupando, hanc omnem Camarinā  
mouere consueuisset, Quod si maxime liberet cuiquam  
Polonos eam ob rem impetere, illos, uti hæctenus fece-  
runt, constanter, ac intrepide iustitiam & hereditatē su-  
am defensuros esse. Quod autem ad religionē attinet,  
significatum iam pridem fuisse summo Pontifici, Lute-  
ranismum apud Ordinē ipsum sacrosanctum, Romanā  
uero ecclesiā execrabile esse, plerosq; Cōmendatores,  
quos uocāt, & Sacrificos nubere, altaria, & imagies de-  
molitas, ceremonias, & ritus ecclesiasticos sublato, sa-  
cra omnia p̄fanata, hæc q; nō imō non ad animaduersā &



correcta esse per eius Sanctitatis, aut Cæsaream autori-  
tatem, sed etiam ab utraq; hæctenus ordinem ipsum ad-  
uersus nos sedi Apostolicæ fidos & obsequentes, conti-  
nuoq; cum infidelibus decertantes fortum esse & adiu-  
tum. Neq; Serenissimum Regem, neq; ullum Polonũ  
occasionem dedisse, neq; etiamnum dare ordini religio-  
nis abiciendæ, suum duntaxat ius ab illo exigere, satis  
esse regnum, & dominia Regni Poloniae ab hac peste  
hæretica, iam ubique in uicinia grassante tueri & con-  
seruare, de alijs uiderent illi, ad quos magis pertineat,  
qui cum pestem ipsam sinant indies magis inualescere,  
& ad bella intestina solum intenti, ad tantam ecclesiæ  
catholicæ perniciẽ, & calamitatẽ oscitẽ, & cõnueant,  
cũ præterea, sublato per ea hæresim ordine, ditio ipsius  
ad Maiestatem Regiã & Regnũ iustissime, ut hæredita-  
riũ dominum recidere debeat, nec ea repeti a possiden-  
tibus, nisi armis, & perniciosissimo tumultu posset, con-  
sultius fore illã eis in Feudum donare, qui iã eã tenerẽt,  
& necessarij Maiestatis suæ essent, quã oĩa æstu bellico  
miscere, & Regno Vngariæ, suoq; tâta mole infideliũ la-  
borãtib; deesse. Quos qdẽ necessarios, si qd delirarẽt,  
sperari posse sub religiosissimo principe, & nationi in-  
contaminatæ coniunctos, ad cor aliquãdo & celerius q̃  
alia occasione redituros. Quod si maxime nõ fieret, nul-  
lã tamẽ esse rationẽ, cur uel regi, uel regno Poloniae cul-  
pa impingi deberet, cũ nõ hac concordia, sed longe an-  
te satis quibusdam, uel furijs potius, nõ in Prussia solũ,  
sed etiã in tota ferme Germania ad hũc modũ erretur,  
quã rem si summates illi Principes, & quorũ magis in-  
terest sistere nequeũt, minus a Polonis prohiberi posse.

lusiurandũ uero cum unicum sit, & ubiq; receptũ subdi-  
torum uinculum, quo & Ruteni & Armeni, Iudæiq; &  
Thartari, qui Maiestati Regiæ subsunt, uinciuntur, non  
posse etiam ab illis eo quicq; sanctius, aut arctius exigi.  
Talibus utrinq; rationibus tota ferme quadragesima p  
Senatũ nostrũ satis frequentẽ, diligenter expensis, & di-  
sputatis, conuentũ est tandem, nullam unq; pacẽ, uel in-  
ducias firmas cum ordine fuisse, nec dũ fieri posse, pin-  
deq; cũ, tempore sic ferente, a sua professione descicer-  
ret, & bona ipsius, inique altoqui occupata, ad Maiesta-  
tem Regiã, uti hæreditarium dominũ, iure reciderent,  
pro quibus in tanto reipublicæ Christianæ discrimine,  
noxium foret bellũ excitare, concederetur quod Magi-  
ster, & omnes subditi ipsius postularẽt. De religiõẽ ue-  
ro reficienda, qũ uniuersæ Germaniæ cõsultum fuerit,  
quod iam pridẽ tantũ incendiũ exposcit, etiã huic mi-  
nori parti facile prouideri, & omnia ad rectũ tramitem  
reduci posse, præsertim firmata in terris illis regia au-  
toritate. Habes mi Baro causas & rationes totius trã-  
actionis huius pacis, & cõcordiæ, quæ si tibi minus ido-  
neæ uidebuntur, cogita eam esse horum temporum cõ-  
ditionẽ, ut pleraq; mala, minori dispendio tollerari pos-  
sint, quã ut acrius reserari deberẽt, & præsertim cũ nos  
autores nõ simus erroris, aut præuarcationis alicuius,  
sed hac duntaxat occasiõẽ in rẽ nostrã, immo rei Chri-  
stianæ abusi sumus. Nam ut ea omittã quibus probari  
posset, ordinẽ hunc nunq; boni aliquid de re Christiana  
meritũ, ubiq; uero, & noxiũ fuisse, & seditiosum, certe  
uulgus haud immerito existimat Crucẽ hanc eius latro-  
nis fuisse, qui redemptori nostro ad sinistram pendeat,



proinde, ut omnino a bono principe, & militibus  
ipsis desertam. de qua, ut more nostro inter nos tecū io  
cer, addam & meum Epigramma olim æditum, cū hu  
iusmodi nugas nostras tibi placere sciam.

Esse cruces triplices constat, tripliciq; colore

Distinctas, hominum quas gerit ordo triplex.

Est rubra, hæc recte domini dicitur Iesu

Sanguine quæ illius facta cruenta fuit.

Est alba, & recte hæc latroni congrua dextro

Mundarunt cuius paucula uerba nefas.

Est nigra postremo, læui latronis, & istud

Quam recte, illius non minus ordo probat.

Sed de his hæcenus, nunc quo ordine, & quibus cere  
monijs acta sit ea, quam dixi, Magistri metamorphosis,  
& subiectio, seu homagium præstitum accipe.

**D**VM HANC nouam consilij materiã uersamus,  
dū capitula, & cōditiones huius totius transactio  
nis condicuntur, & scribuntur, tota abijt quadragesima.  
Quare actū, & celebritatē, quæ circa huiusmodi homa  
gia fieri cōsueuit, ad diē lunæ sacræ hebdomadæ statui  
oportuit. Eo igitur die in ipso diluculo, erigitur sugge  
stum amplissimū, prope Prætorium urbis, tectū sericeis  
& aureis stragulis, & p̄sertim locus ille editior, quē uul  
go Maiestatem uocant, ubi Rex cū Serenissimo filiolo ses  
surus esset, cōkursus sit ad forum immensæ hominum  
multitudinis, opplentur uia oēs, quacūq; incessus erat  
armatorū uirorū cateruis, satagit pro se quisq; uel orna  
tus uestitu, uel armis instructus apparere. Interim Maie  
stas Regia cingitur ingēti, & splēdida Senatorū Proce  
rumq; luorum corona. Accersuntur, primum Orator

Serenissimi Vngariæ, & Boemiæ Regis dominus Sta  
tilius Præpositus Eursien, uir, ut nosti, suauis, & mi  
nime fucati ingenij, demum duo principes, Georgi  
us Marchio, & Fredericus Dux, quibus omnibus Ma  
iestas sua comitata, & præcedentibus Principibus, ac  
oīs ordinis Cōsiliarijs, et aulicis, uexilloq; pulcherrio,  
nouo Duci de more cū insignijs dādo, Sequēte uero Se  
renis, dñā Regina cū Illūstrissimo principe filio, & Re  
ginulis, ingētiq; insigniū sceminarū caterua in essedis,  
& carpētis decentissimis, uenit Maiestas sua in præto  
riū, Serenissimæq; Regina cū cohorte sua, in domū op  
positā suggesto diuertit, ut illinc cōmodius eā actionē  
spectare posset. Principes uero duo ad diuersoriū Ma  
gistri cōcedunt, dū Rex ornato Regali indueretur, eo  
uidelicet, Sandalijs, amictu, alba, dalmatica, chlamyde  
seu pluuiali, & corona. Erant qui, pro moribus huius se  
culi, ægreferrēt principē eo ornato indutum, ueluti quē  
sacerdotes inepte cōmenti essent, nō perpendētes Re  
gē omniū regū Iesum Christū, eo modo ornatum fuisse  
ad ignominia, qui modus postea cessit in eā memoriã,  
& dignitatē regū Christianorū. nec intelligētes Regiã  
potestatē a religionis subsidio depēdere, quandāq; ha  
bere inter se, etiã apud Ethnicos affinitatē, et cōiunctio  
nē, unde priores illi clarissimi Romanorum Imperato  
res, h̄dē summi Pontifices extiterūt. Vnde etiã nū re  
ges itidē ut sacerdotes ex more, et lege ueteri ungūtur,  
& sacri reges sacraq; Maiestates appellātur. Maluis  
sent hi ipi Cēsores, optimū Principē armatū, ceu Thra  
sonē quēpiã, in theatrū p̄duci, cū tamē innumeri Chri  
stiani et fortissimi Reges ac Impatores, ornato isto san  
B ij



etissime instituto, in his, & alijs id genus actis semp sine  
uili, qui nihilominus armorum suorum clarissima gesta  
posteris reliquerunt, nunc hi qui magis arma crepant, se-  
sequuntur in illis, cum opus non est ostentant, minus armis, cum  
opus est agere solent. Sed ad rem ceptam redeo. Induta  
Maestas sua ornatu regio, processit de Prætorio in Sug-  
gestum, media inter Reuerendissimos dominos Archiepi-  
scopum Gnesnensem Primate, ac Episcopum Cracouensem. Præ-  
cedentibus contiguit Primarijs Dominis Cõsiliarijs secu-  
laribus, Sceptum, Pomum, & Gladium Regium ferentibus, ac  
innumeris proceribus alijs, Sequentibus uero reliquis  
Episcopis & Secretarijs. Vbi in solio regio Maestas sua con-  
sedit, uenerunt primus Episcopus Pomelaniensis, & ple-  
riusq; cõsiliarij, & subditi Illustris Principis Alberti Mar-  
chionis, qui oratione decenti facta, quod gratias agerent  
domino Deo, de sublatis & compositis tandem omnibus contro-  
uersijs, & bellis Christianæ Reip, perniciosissimis, quæ  
in Prussia per tot annos gesta essent, nec hactenus pacari  
potuissent, idque pia opa, & Christiano studio Illustrium  
Principum Georgij Marchionis Brandeburgensis, & Fre-  
derici ducis Lignicensis, suppliciter a Maestate sua pe-  
tierunt, uti Nepotem suum Illustris Albertum Principem in  
gratiam suam suscipere, & illi terras, ac bona cõdicta in feu-  
dum tradere, & concedere, illumq; Principem feudalem Re-  
gni sui creare dignaretur. Postea uenit ipse Illustris Pri-  
nceps Albertus, medius inter dictos duos principes, ac  
ferme in eandem sententiam, comptius tamen, uti est ipse pa-  
trio sermone disertissimus, uerba fecit, singularem fidem,  
suppliciter, & subiectionem testantia. Responsum est  
tam Cõsiliarijs prius, quam ipsi Principi, deinde, latinis uerbis

ac illa rara facundia, & lepore quem nosti, per Reuerendissi-  
mum Dominum Cracouensem. Bellum uidelicet quod inter Ma-  
iestatem Regiam, & eundem Principem intercessisset, gestum  
esse ab eius Maestate auctore inuitissimo, quandoquidem esset  
illi tam arcta necessitudine Princeps ipse coniunctus, & di-  
scrimen rei Christianæ postulari maxime, omnium Prin-  
cipum Christianorum inter se pacem, & concordiam, Proinde  
cum diuina benignitate essent tandem tot difficultates, &  
controversiarum compositarum, & eius Illustritas tantam fidem, & pro-  
pensionem erga illius Maestatem, & regnum eius testaretur  
missam facere non grauatim eius Maestatem omnia, quæ  
animum suum offendebant, & tam ipsum Principem, quam om-  
nes subditos, & Optimates eius, omni fauore, & gratia  
complecti uelle, eamque pacem, & concordiam, quæ condi-  
cta sit, amplecti, & seruaturam esse, Idque potissimum causa  
reipublicæ Christianæ, & tot postularum sanctissimi  
domini nostri Papæ, Cæsareæ & catholicæ Maestatis, ac  
Sereniss. Ungariæ & Boemiæ Regis, cuius statim id po-  
tissimum exigeret, aliorumque principum Christianorum, concedere  
requirit illius Maestatem hæc singula, quæ tam ipse Princeps,  
quam eius subditi postulari, ea spe, quod se deinceps er-  
ga eius Maestatem, & regnum ipsius ita gereret, uti probos,  
et fidos subditos erga suum dominum hereditarium decebit.  
His finitis, Accessit Princeps ad Solium, et pedes Regios,  
inibiq; genuflexus, accepit ab eius Maestatis manibus  
uexillum, & insigne Aquilam nigram cum S. litera corona-  
ta in pectore, cumque institutione ore regio facta, ad Duca-  
tum, & terras designatas in Prussia. Deinde super libro  
Euangeliorum, ac tenens uexillum, fratre uero Marchione  
Georgio, qui proximus successor est, caudam ipsius uexil



li cōtingente, præstitit iusiurandū in hæc uerba. EGO  
Albertus Marchio Brādeburgen̄, in Prussia, Stetinen̄,  
Pomeraniæ, Sclauorū, Cassubarū Dux, Princeps, Ru-  
giæ, & Burgrabijs Nurunbergen̄, Promitto & iuro,  
quod Sereniss. Principi & Dño, Dño Sigismundo Re-  
gi Poloniæ, Magno Duci Lithuanian̄, Russiæ, ac omniū  
terrarū Prussiæ domino, & hæredi sicuti meo naturali  
hæreditario Domino, & eius Maiestatis hæredibus, &  
successorib⁹ Regibus, & regno Poloniæ ero fidelis, &  
obsequēs, eiusq; Maiestatis, ac hæredū, & Regni Polo-  
niæ bonū procurabo, & damnum præcauebo, ac omne  
id faciam quod ad fidelem Vasallum pertinet, ita me  
Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euāgelia, Accepto e-  
iusmōi iuramēto Maiestas Regia, gladiū educēs, nouū  
Ducem præcinxit, ut uocant, Equestri dignitate, impo-  
sita illi etiam torque aurea, regio munere non indigna,  
mox hospites primū, dehinc omnis ordinis homines,  
qui magna pressura ad id equestre munus contende-  
bant, sunt præcincti. Quibus omnibus peractis, ac de-  
positis Regalibus indumētis, rediit eius Maiestas cū to-  
to illo comitatu in Arcē, ubi actis primū in Ecclesia so-  
lenni cantu deo gratijs, & benedictiōe Pontificali acce-  
pta, reliquisq; sanctorū Patronorū, cū a Maiestate sua,  
tū a Principib⁹ osculatis, demū ei⁹ Maiestas in Regia  
sua oēs tā hospites, q̄ suos optimates, ac Proceres lau-  
tissimo prædicio accepit. Duo dehinc dies in cōficiendis  
literis ultro citroq; dandis, sunt cōsumpti. Tandē Prin-  
cipes oēs donati ampliter, & eorū Consiliarij, die Iouis  
sacro discesserūt. Accipe mi Baro suauissime pro meo  
songo silentio, de quo toties conquestus es, uerbosissi-

mas literas, adeo tamen sinceras, & fideles, ut nihil uel  
eorum prætermisum sit, quæ secretius, & liberius sint  
in consilio nostro agitata, & dicta. Non quidem in con-  
tumeliam uel ordinis, uel cuiusuis alterius, sed ad decla-  
randum duntaxat, quā utrinq; non sine iustis, ac decen-  
tibus rationibus sit ea pax, & concordia hoc modo cō-  
posita. Nunc mi Baro lepidissime uale perpetuo, &  
me dilige, tuāq; aliquando de his, & alijs rebus sen-  
tentiam ad me perscribito.

AD SERENISS. SIGISMUNDVM POLONIAE  
Regem, Matthiæ Pysserij Sylesij congratulatio octosticha.

Nunc merito Sigismunde tibi Rex inclyte regum  
Dicat iō pean marte polonus atrox.  
Quod per te patriæ pax est sanata perennis,  
Atq; Nepos regni subditus imperio.  
Quot pater, & quot auus gesserunt acria bella  
Vistula quæis toties eade cruentus erat  
Non tamen hos poterant armis pacare furores  
Pacauit pietas Rex tua & integritas.

INSOMNIVM ALBERTI MARCHIONIS  
Prusiæ Ducis, eiusdem M. Pysserij.

Quum daret Albertus Dux alto membra sopori  
E caelo est illi uisus adesse Deus.  
Cur mea sic, inquit, arciferis symbola pacis  
Pectore quū maneat bellicus usq; furor?  
Quem crucis hic gestas omnem deponito fastum  
Meq; fide, & uotis discæ uocare pijs.  
Sigismundo Regi subsis Dux inclytus. ille  
Auxilio poterit rebus adesse tuis.  
Est bonus, est clemens, omni uirtute redundans  
Dixerat. & sedeis iuit ad æthereas.


Cracouiæ, per Hieronymum Vietorem. Anno dñi  
Millesimo quingentesimo uigesimo quinto.



Regia, & Ducis ac terrarum Prussiae insignia.



Scissa prius fueras magnisq; agitata procellis  
 Prussia cum, aduersus Regibus Ordo fuit,  
 At nunc Sismundo Rege, Albertoq; Nepote  
 Hæredi tota es subdita facta tuo,



Practica Lipsensis deutsch magistri  
 Conradi Nozici nach der ge  
 burt Christi auff das tausensfunshundert vnd Neun Jar.

Von Erazm Erpyden  
 Conradus Nozicus



Handwritten notes in a cursive script.